

200  
de. a. 1616.

I. Librando Subberto Theologo Francuerano  
Salutem. Quid tertio scribam, cum bis uicibus non acceperis? credo tamen me scribendo defecissim. Drusiara epistola censuram libentius quam obitus ejus sanam accepi. Hanc debuit vir tantus in infamia collegae et amici gloriam pro morte querere? Fatum Belgii sic videtur nunc ferre. Legi nuper collationem Hagensem. Deus bone! quas strophas in Pelagiano dogmate ubiq; nectunt? Non mirum tale decretum secutum. Patienter servate vos melioribus temporibus. Godofredum Hopingium ex Dodonius amantissimum, doleo quod prius mortuum aediam quam vivum noverim. Bonam fidem Anonyxii, ejusq; responsum non vidi, quia scripta talia nobis non adferuntur. Te valere gaudeo. Sed quando tandem tua Bellarminiana reliqua? Ego aetate ingravescente, valeo mediocriter. Ipericum evulgavi. Pro pace bellum inveni a Furiis Sapalibus et Flacianis. Notas has, quas mitto, non mea sponte scripsi, sed quasi nota Superiorum. Mihi vero non est integrum libris vitam claudere. Deus misereatur Ecclesiae ubiq; afflictae. Vale amicissime Librande, et diu vive. Eulera. Heidelbergae, ipso Palmarum. 1616.

201  
I. Pareus

Eidem I. Librando  
Salutem. Ex tuis ad me et collegam Altingum facile colligo, nostras vobis plerumq; non reddi, ideo non tutum est, quidvis committere literis; quamquam ego aetate hac ingravescente, hyeme calamos familiares jam penè abjecerim pro tudio. Gratissimae tamen sunt amicorum chartae, cum primis tuae, quoties ad me advolant. Valde mihi probatur censura Ordinum Vestrorum Drusiara